Praemisliensem iurisdictionem sive cum successoribus bonisque suis omnibus quo ad actum praesentis
inscriptionis attinet incorporandum et subiicienda sanus mens et corpore existens pure pa-
lam ac per expressum recognovit Quia de omni iure suo ac inscriptione primum Castrensem
Praemisliensem demum per transportationem terrae Praemisliensem obligatoria sibi per
quondam Joannem Kormanicki super sortem villae Kopystno servi eum cum omni
iure suo et nexu intromissionem tuitionem evictionem omnibusque conditionibus pun-
ctis clausulis et articulis in eadem inscriptione appositis totoque beneficio et nexu
inscriptionis praefatae prout vigore in ea descriptum extat, nihil per se et suis successori-
bus excipiendum et reservandum sed prout eundem ex vi inscriptionis praefatae compe-
tit et competere dinoscitur, Nobili Mysloco Brylinski et eius successoribus
cessit et condescendit prout iam ex nunc cedit condescendit et ea resignat on-
niaque iuris et inscriptionis praefatae beneficia bonorumque summa certa oneratae dominis
et utilitatibus universis in et super eundem Brylinski et eius successores trans-
fundit incorporat et inscriberat perpetuo et in aevum Dum et admittens
eidem iam ex nunc realem intrinsecam et actualem pacificamque possessionem tam in hoc ipsum
nis seu inscriptionem quam in bona praedicta summa oneratae per Ministerialem pallati-
natus Russiae Gulem quemadmodum ab officio praesenti ad intromittendum addictum per
ipsum Mysloco Brylinski et eius successores bona praefatae summa oneratae vi-
gore praesentis iuris cessionis ac inscriptionis tenendum habendum utifruendum perpetuo et
in aevum Et pro eius ad omnimodam exemptionem ipsius successorumque eius inscri-
bitque sive cum successoribus in et super bonis suis omnibus praesentem inscriptionem iuris cessionis
ex his Actis ad Acta Terrae Praemisliensis ante decursum unius anni transfer-
re et transportare similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere
sub vadio Trecentorum florenorum pecunie monte polonice. Pro quo quidem vadio
casu non satisfactionem praemissorum transgressus praenominatus Generosus Victo-
rinus Kowalski cum successoribus ad instantiam praefatae Mysloco Brylinski
aut eius successorum Citatus ex tunc recedendum ab omni proprio foro competenti
in officio praesenti Castrensi Praemisliensi semper in primo Citationis termino peremp-
torie comparituros responsurus omnemque sententiam in eo passu pro la-
tam libere passurus ac illud in instanti vadium pro quo Citatus fuerit solutum

prestitaque solutione vadii praedicti Inscriptionis et omnibus eius contentis totius quoque
opus fuit satisfacturus Terminum ipsum primum peremptorium et contentum

in vadiis praesentis Citationis ac processus ex ea emanatis nullis excogitatis colori-
bus nec adminiculis modis sive cautelis quae tam ex iure scripto vel ex consuetu-
dinibus vim legum scriptarum in se complectendum utentium moribus comproba-
tis in auxilium et consilium Ea recipi poterint non subterfugiendum neque eva-
dendum quippe omnibus his et aliis remediis Motionibus Appellationibus earumque
per adiutiones prosequutionem Evasionem praenis Dillationibus ad quaestionem lega-
libus quibusvis impedimentis Constitutionem laudatis et laudandis aliisque om-
nibus iuris beneficiis sancitis et sanciendis renuntiando et abdicando Quod mihi fir-
matum est.

Kowalski recedit a processu

Super Brilinsky obtent

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Praemisliensibus personaliter stans Gene-
rosus Victorinus Kowalski a terris pallatinatibus Districtibus iuribusque
suis quibusvis proprijs ac foro competenti recedendum huic vero praesenti Castrensi
Praemisliensi iurisdictioni quo ad actum et effectum praesentis inscriptionis attinet in
corporandum et subiicienda sanus mens et corpore existens pure palam ac
per expressum recognovit Quia ab omnibus Citationibus Comitationibus lucri
perlucris ac toto processu iudicio super Nobili Mysloco Brylinski vigo-
re inscriptionis Castrensis Praemisliensis ad tollendum et recipiendum summam pecuni-
ariam in Judicio terrae Premisliensis continuatis recedit eundemque processum ob
satisfactionem sibi de praemissis praestita perpetuo cassat mortificat obli-
terat perpetuum sibi et successoribus suis imponendum silentium hac praesenti re-
cognitione mediante Quod mihi firmatum est

Brilinski tenetur Kowalski

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Prae-
misliensibus Nobilis Mysloco Brylinski a terris pallatinatibus Districtibus
iuribusque suis quibusvis proprijs ac foro competenti recedendum huic vero